

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris  
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,  
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,  
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter  
accommodatæ ...

Complectens copiosè Resolutiones Theologicas, etiam modernas, ad  
proxim accommodatas

**Archdekin, Richard**

**Antverpiæ, 1682**

Forma integra absolutionis, ut est in Rituali Romano expressa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40873**

Actus brevis Contritionis perfectæ cum spe venia,  
proposito emendationis &c.

**D**omine Iesu Christe, Creator & Salvator meus, 1. Doleo medullitus ex toto corde, & ex tota anima mea, quod ego ingratus toties offenderim, & tam graviter offenderim infinitam majestatem, & amabilissimam beatitudinem tuam; & ideo doleo vel maximè, quia Tibi Deus meus peccando displicui, quem propter teipsum & tuam infinitam beatitudinem & excellentiam super omnia diligo & amo, & amplius amare desidero in æternum. 2. Proinde firmiter statuo ac propono me non amplius Te offenditur, sed omnes peccandi occasionses pro viribus devitaturum: me insuper de noxiis meis ritè confessurum, & pænitentiam, quæcunque injuncta fuerit, expleturum. 3. Ut verò nunc animo contrito & humili peccatorum meorum veniam suppliciter efflagito, ita firmiter spero ac confido, ab infinita beatitudine tua per merita sanctissimæ Passionis, Sanguinis, ac mortis tue ea mihi remittenda: præstandam etiam gratiam quâ vitam meam emendem, & in sanctissimo servitio tuo usque in finem perseverem. Amen.

*Forma integra Absolutionis, ut est in Rituale Romano expressa.*

**M**isereatur tui omnipotens Deus, & dimis-  
sis peccatis tuis perducat te ad vitam æter-  
nam, Amen. Deinde elevata manu pergit, In-  
dulgentiam, absolutionem, & remissionem pec-

Pars 3. tr. 3. cap. 8. Forma Professionis Fidei. 3. 13  
peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens,  
& misericors Dominus, Amen.

Dominus noster Jesus Christus te absolvat,  
& Ego auctoritate ipsius Te absoluo ab omni  
vinculo, excommunicationis, suspensionis,  
hec vox circa laicos omittitur, & interdicti, in  
quantum possum, & tu indiges: Deinde ego  
te absoluo a peccatis tuis, in nomine Patris, &  
Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

Passio Domini nostri Jesu Christi, merita B.  
Virginis, & omnium Sanctorum, quidquid  
boni feceris, & mali sustinueris, sit tibi in re-  
medium peccatorum, augmentum gratiae, &  
præmium æternae vitæ, Amen.

Nota; In absolutione Hæretici in foro interno addi-  
solet: Ab omni vinculo excommunicationis,  
quam per Hæresim incurristi, & restituo te Sa-  
cramentis Ecclesiæ, & Communioni Fidelium.

Remedia & Documenta, à Confessario Pe-  
nitenti suggerenda contra singulas Peccatorum  
species, traduntur infra Tractatu 6. in fine.

Tom. II. TRAC-